

39. Argentina Urbs

Pasquinius. Consummatum est.  
Marphorius. Perditio tua ex te, Israël.

40. Colonia ad Rhenum.

Pasquin. Mane, Tēcel, Phares.  
Marph. Nisi Dominus custodierit civitatem, male vigilat qui custodit eam.

41. Hamburgum.

Pasqu. Dolos totā die meditantur, qui querunt animam meam  
Marph. Vigilate itaq, quia nescitis diem, neq, horam.

42. Leodium.

Pasqu. Tu non es Pastor bonus: non cognoscis Oves tuas, nec cognoscunt te tuæ.  
Marph. Inter duos litigantes, tertius gaudet.

43. Amstelodamum.

Pasqu. Fiat pax in Virtute tua, et abundantia in Turribus meis.  
Marph. Si vis Pacem, para Bellum.

44. Geneva ad Lacum Lemanium.

Pasqui. Ecce, iam appropinquavit hora: adhuc quadraginta dies, et Ninive subvertetur.  
Marph. Sancte Calvine, ora pro Nobis.

45. Urbs Trevirensis

Pasqu. In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam.  
Marph. Deus, in adiutorium meum intende.

46. Luxemburgium in Belgio.

Pasqu. Delectata sum tantummodo labia circa dentes meos: Marmis Domini tetigit me.  
Marph. Germania, Hispania, Hollandia, ad iuvandum me festina.

47. Philipsburgum.

Pasquinius. Si constiterint adversum me Castra, non timebit Cor meum.  
Marphorius  
Noli canere, ante Triumphum.

48. Respublica Veneta.

Pasquing. Potens sum opere, et Sermone.  
Marph. Potentes potenter tormenta patiuntur Servitutis,  
Vrbis tibi Athenarum sapiens? ubi Sparta superba?  
Et Domitrix Orbis, dic ubi Roma iacet?  
Sic Venetis instat tempus lacrymabile Gallis  
Te super Imperium fata dedere, Leo.

49. Respublica Genuensis.

Pasquinius. Constitue mihi tempus, in quo non recorderis mei.  
Marph. Merces Vestra copiosa est in Calculis.

50. Respublica Lucensis.

Pasqu. Ne reminiscaris, Domine, parvitas nostra.  
Marph. Cetera, cum venen, disponam.

51. Dux Sabaudia.

Pasqu. Adolescentulus sum ego, et contemptus.  
Marph. Regnum offerunt, ut Ducatum auferant.

52. Regia Mater Ducis Sabaudia.

Pasqui. Dic ut Filius meus sedeat ad dextram tuam in regno tuo.  
Marph. Dic potius: Pereat, dum imperem.

53. Magnus Dux Etruria.

Pasquinius. Domine, Uxor mea male a Demone vexatur.  
Marph. Medice, cura te ipsum.

54. Dux Mantua.

Pasquinius. Quid vultis mihi dare, et ego vobis tradam.  
Marphorius. Pretium sanguinis habuit, et laqueo se suspendet.

55. Dux Parma

Pasqu. Ecce Castrum tibi dabo, et omnia quaecumq, voles, si cadens adoraveris me.  
Marph. Melius est cum sola Parma introire in Caelum quam Castrum & Parmam habentem mitti in Gehennam.

56. Dux Mutina.

Pasquinius. Puer natus est nobis.  
Marpho. Et Mundus cum non cognovit.

57. Regia  
Pasqui:  
Ma  
Sides in  
58. Mes  
Pasqui:  
Vign  
Marph.  
59. Med  
Pasq. Timo  
Marpho  
in trib  
60. Gen  
Pasq. Do  
Marph:  
non put  
61. C  
Pasqui:  
Marph.  
62. Pasqu  
inus,  
temon  
63. Pasqu  
64. D.